

A Magyarország történetében hosszú idő után az 1711-gyel bekövetkezett békés korszak új lehetőségeket nyitott meg a magyar gazdasági élet előtt, s ennek megfelelően új feladatokat tűzött napirendre. Addig a háborús pusztítások s a seregek igényei legnagyobbbrészt fölemésztették a döntő jelentőségű mezőgazdaságnak termelvényeit. Amint azonban vége szakadt a hadakozásnak, csakhamar kitűnt: az ország agrártermelése annyi pusztulás után is általában több élelmiszert és nyersanyagot állít elő, mint amennyi a növekvő lakosságnak ellátásához szükséges, s a fölöslegeket fejlődésében hátramaradt ipara nem tudja feldolgozni, annak meg, hogy az ugyancsak fejletlen kereskedelem a többletet a határon túl értékesítse, s így az ország mezőgazdasági téren exportáló jellege kibontakozhassék, akadályok tornyosulnak az útjában.

Ezek a gondok leginkább a nagy- és középbirtokos nemességnek vág-tak az elevenébe, amely nemesség a szatmári béke után fokozódó mértékben tért rá a majorsági árutermelésre, s az így nyert fölöslegei értékesítésében növekvő nehézségekbe ütközött. A műveltebb nemességnek sikerült is elérnie, hogy az 1715. évi 59. törvénycikkkel bizottságot küldjenek ki „in politicis, militaribus et oeconomicis”... „üdvös, az egész országnak hasznos, különösen szükséges” rendszeres munkálat kidolgozására. A magyar részről 25 tagból álló bizottság Pozsonyban 1717—1722-ig készítette el tervét, gazdasági vonatkozás-ban számos hasznos javaslattal. Szerepelt közöttük a telepítés kérdése (hogy a birtokos urak a megritkult népességű országrészen kellő munkaerőhöz jussanak), beleértve iparosok behívását a nyersanyagok feldolgozására, az értékesítésről való gondoskodás jegyében csatornák építése, minden a merkantilizmus szellemében.

Bél Mátyás, az egyszerű lelkész, az előkelő urak tervezetéről részleteiben nem lehetett tájékozva; maga, egyedül vetette papírra joggal „privátnak” mondott elgondolásait. Ha ezek több ponton mégis érintkeznek a rendi bizottság előterjesztésével, ez két tényezővel függ össze. Egyrészt azzal, hogy a társadalmi állásától függetlenül országos szinten és teljes mértékben át tudta érezni, magáévá tudta tenni a kor szükségleteit. Másrészt azzal, hogy maga is a merkantilizmus talaján

állt, azon a fejlettebb fokon, mely az országnak nem kereskedelmi, hanem fizetési mérlegét tekintti döntőnek a gazdálkodás megítélése szempontjából. Ezt tükrözi már kiinduló megállapítása: hogy több pénz áramlik ki az országból, mint amennyi befelé szivárog határain át. Ennek tárja fel okait igen tanulságosan, sürgetve megszüntetésüket. De mindezen fölül számos pozitív javaslatot is tesz a pénznek az országon belül való szaporítására és kívülről megszerezhető összegekkel való gyarapítására. Többtermelés a mezőgazdaság különféle ágaiban, hozzáértőbb bányaművelés, textil- és fémgyárak létesítése (az előbbieket részben külföldről behozott nyersanyag felhasználására alapítva), utak, csatornák építése, a pénz belső cirkulációját és a kivitelt szolgáló kereskedelem kifejlesztése, egészséges hitelviszonyok kialakítása, a fennmaradó pénzeknek részben a magángazdaságok magasabb szintre emelésére, részben bank létrehozásán keresztül országos célokra fordítása: a haza gazdasági fellendülésére irányuló megannyi tervezett intézkedés szerves, logikus egészévé fonódik össze egymást segítő kölcsönösségben.

Nemcsak a formailag is kifejezésre jutó rendszeresség különbözteti meg Bél Mátyás javaslatait az országgyűlési bizottságéitól: más a bennük megnyilatkozó szemlélet is és gazdagabb, sokoldalúbb, átfogóbb a tartalmuk. Bél semmi feudális érdekekhez nem kötődve, az egyszerű polgár szemszögéből sorolja elő a legfontosabb tennivalókat, közben a meglévő állapotok bírálatától sem tartózkodik. Amikor kiindulásul a megszüntetendő visszasságokra kerít sort, nem habozik kritikával illetni sem a bécsi udvart, sem az előkelő urakat. Az előbbinek azt rója fel, hogy az ügyeket az országon kívül intézi, a magyarországi adó összegét idegen területek javára fordítja, a kivinni kívánt termelvényeket súlyos vámokkal sújtja. Az utóbbiaknak pedig főképp azt veti szemükre, hogy jövedelmük nagy részét az ország határán kívül költik el, és korábban ismeretlen fényűzésre adták magukat. És túlmutat a rendi tervezeten, amikor hangsúlyozza a városok fejlődésének fontosságát, vagy amikor kellő fogyasztópiac megteremtésének szükségességét azzal indokolja, hogy ez az, ami a parasztot rábíthatja szorgalmasabb földművelésre. Bél Mátyás gondoskodása a társadalom alsó rétegeire is kiterjed, tekintet nélkül függő helyzetűekre, népi és vallási hovatartozásukra. Megértő, türelmes szelleme azonban egy vonatkozásban érzékeny csorbát szenved: a zsidókat illetően; számban s főképp a kereskedelmi életben korlátozásukat tartja szükségesnek. Akárcsak később fő művében: a *Notitia Hungariae novae historico*

geographica-ban, e részben nem tud kivetközni a középkori szemléletből. S nyilván hallgat a felvidéki városok kereskedőinek panaszaira is, holott ha ezeknek nehezedett a sorsuk, ez nem annyira a növekvő számú zsidók versenyének, mint annak volt tulajdonítható, hogy a török kiverése óta a Felvidéken át Erdélybe vezető fő kereskedelmi út délebbre helyeződött át.

Egyébként kétségtelenül haladó, igen nagyszabású elgondolásait Bél 1722 májusában vetette papírra, egy hónappal 1722/23-i országgyűlés megnyitása előtt, mely azután a rendi bizottság javaslatainak is csak egy töredékét tette magáévá, megvalósításukat többnyire a felállításra kerülő Helytartótanácsra hárítva. Annál kevésbé juthatott mozdító erejű szerep Bél Mátyás tervezetének. De ez kéziratban maradvá is egyedülálló tanújele egy kiváló, idejekorán közgazdasági szinten gondolkodó fő világos helyzetfölismerésének és jövőbe mutató koncepciójának.

A kézirat a budapesti *Ráday Gyűjtemény*ben található, jelzete *K O. 10.*

TABELLA COGITATIONUM PRIUATARUM
DE PUBLICA OECONOMIA REGNI HUNGARIAE
Anno MDCCXXII. mense Maio designata

Cum certum sit, nullam oeconomiam priuatam, multo minus publicam sine accurata prouentuum acceptorum et insumptorum supputatione atque sollicita horum quidem imminutione, illorum vero prudenti adauctione diu subsistere aut administrari posse, idem circa oeconomiam quoque Hungariae obseruandum veniret.

Quia vero manifestum est, *plus efferrí, quam inferri pecuniarum*, videndum esset:

I. *Ex quibus id caussis fiat, quae fere huc redeunt:*

1. Principis extra regni gremium habitatio.
2. Instantiarum apud regem extra regnum institutio.
3. Procerum cum ex v. clero, tum magnatibus frequens apud exteros eaque sumptuosa commoratio.
4. Portionalis quanti ex regno ad alias regiones, ab Hungaria toto coelo diuisas exportatio.

5. Militis cum praesidiarii, tum hybernantis parata pecunia non exsolutio.
6. Mercium cum pretiosarum, tum vulgarium copiosior, quam pro statu Hungariae, importatio, quorsum pertinent:
 - a. merces aureae et argenteae ante medium saeculum Hungaris incognitae;
 - b. vniones et pretiosi lapides;
 - c. panni hispanici, anglici, hollandici;
 - d. Materie varii generis sericeae;
 - e. Lintea cum ex lino, tum ex gossypio.
7. Mercatus, regno conuentis, intempestius neglectus.
8. Iudaeorum insana multitudo, qui sicuti principem, sic et subditos mille modis fraudunt, et pecunias ex regno evehunt.
9. Vsurariorum non a Iudaeis tantum, sed Christianis etiam impune patrati excessus.
10. Auara pecuniarum a capitalistis intra cistas detentio atque earum apud exteros elocatio.
11. Immensus in omnibus fere statibus luxus in amictu sumptuoso, victu opiparo etc.
12. Praeopostera cum familiarum singularum, tum ciuitatum etiam oeconomia, et quandoque amplissimarum opum irreparabilis decoctio.

II. *Quomodo huic exportationi obuiam iri possit?*

Existimatur modo sequenti:

1. Si ratio status permetteret, vt princeps saepius in regnum accederet, et in eo commoraretur.
2. Collegia, apud quae instantiae institui solent, non extra, sed in regno degerent.
3. Proceres cum ex v. clero, tum ex magnatibus et nobilibus in regno habitarent, adeoque prouentus suos intra regnum consumerent.
4. Portionale quantum, si fieri posset, intra regnum in vsus principis impenderetur. Quod fieri posset:
5. Si miles praesidiarius et hybernans parata pecunia exsolueretur.
6. Si merces exterae, magis ad luxum, quam necessitatem pertinentes, parcius in regnum inueherentur, puta:
 - a. merces aureae et argenteae nonnisi pro dignioribus;
 - b. si loco panni peregrini substitueretur domesticus, quorsum pertinet:

- α. lanae melioris ab exteris inuectio,
- β. lanae domesticae ad vsus domesticos retentio,
- γ. ouium teneriorum in montibus multiplicatio;
- c. si materiae sericeae intra regnum pararentur, hoc vero fine necessarium foret
 - α. bombycum in regnum inductio,
 - b. fabricarum eo facientium erectio,
 - γ. possent autem bombyces omnibus iis locis ali, quae vineas et moros habent;
 - d. vnionibus vestiri nonnisi nobilioribus permetteretur, atque pretiosi lapides, in ipso regno passim reperibiles, per rerum eiusmodi gnaros colligerentur;
 - e. lintea ex domestico lino praepararentur, sed et fabricae instituerentur, in quibus e gossypio *cattun* praepararetur, Hoc fine requiretur:
 - α. copiosior lini iis locis satio, quibus in potissimum crescit,
 - β. gossypii tempore pacis ex Turcia, alias vero ope *Societatis Mercatoriae Orientalis* et transmarinis regionibus importatio,
 - γ. textorum et tinctorum ab exteris in regnum condignis cum libertatibus adductio,
- 7. Mercaturae certis legibus accuratior, liberior et fructuosior cum exteris et domi institutio.
- 8. Si Iudaei vel e regno maiori parte eiicerentur vel ad certum numerum restringerentur, et strictius coercerentur, forte ratione sequente:
 - a. si vici et oppida commodis locis instituerentur, et Iudaeis habitanda traderentur;
 - b. in iis tamen vicis et oppidis rei summa penes Christianos esset;
 - c. non tam a dominis terrestribus, quam a principe, mediante Consilio instituendo, dependerent;
 - d. familiarum in eiusmodi vicis et oppidis numerus definiretur, neque ultra eum numerum aduentantes acceptarentur, acceptandi certam pecuniae summam cum homagio deponere cogerentur;
 - e. Iudaeis publicas nundinas nonnisi sine praeiudicio mercatorum Christianorum frequentare permetteretur, in ipsorum tamen dictis vicis et oppidis certae quaedam nundinae, a mercatoribus aequae frequentandae, instituerentur.
- 9. Vsurarii, ac inter hos Christiani in primis, postea et Iudaei, secundum latas leges exemplariter punirentur, et, nisi saperent, nouis et strictioribus legibus seuerè circumscriberentur. Posset autem usurariis fraenum injici, si

a. pecunias mutuo dare sine magistratus aut aliarum authenticarum personarum in obligatoriis fienda subscriptione atque legitimi interesse recognitione non permitteretur sub poena amittendi capitalis;

b. omnes praeter istiusmodi authenticas obligationes initi clancularii contractus sub poena, ex parte quidem creditoris amittendi capitalis, ex parte autem debitoris promissi interesse, irriti haberentur.

10. Capitalistae sua capitalia erga publicam principis et regni fidem in oeconomiam regni, sub recognitione legalis interesse, elocare tenerentur. Hoc vero fine necessarium esset

a. vt banco siue thesaurus regni constitueretur, iis legibus, quibus id Viennae, Venetiis, Hamburgi et Amstelodami fieri consuevit;

b. eadem illae pecuniae in publicam regni oeconomiam collocarentur.

11. Luxus publicus legibus sumptuariis coereretur, et quidem:

a. inter status superiores, ne ii inutiles facere[n]t sumptus, sed residuam ex prouentibus pecuniam vel in Banco regni, vel in priuatam oeconomiam prudenter instituendam conferrent;

b. inter status inferiores ne ciues auderent nobiles victu et amictu, si vero magnates, in primis tenuioris fortunae, aemulari.¹

12. Priuatorum oeconomiae a Consilio instituendo quam sollicitissime adtendere[n]tur. Huc faceret:

a. si tutores pupillis, sed saluo tamen iure alieno, a Consilio instituendo ordinarentur;

b. ab his annis singulis rationes strictissime exigerentur;

c. decoctores, siue pupilli essent, siue tutores et curatores, ex dictamine legum patriarum exemplariter punirentur.

III. *Quomodo pecuniae intra regnum augeri possint?*

1. Si liberae regiae montanaeque ciuitates in flore quam optimo conseruarentur; quod foret:

a. si earum libertates et priuilegia a diuis regibus impertita inconcussa permitterentur;

b. electio magistratualium personarum secundum priuilegia vrbium institueretur, neque nisi dignae personae et in vrbe possessionatae ac bene meritae promouerentur;

c. decoctores nefarii et alii malae fidei homines arcerentur;

¹ A *si*-vel kezdődő részben nyilvánvalóan elirással van dolgunk, a helyes szöveg föltehetően a következő: *si vero nobiles, in primis tenuioris fortunae, magnates aemulari.*

d. ad iura ciuitatis capessenda non alii, quam qui annum aetatis vigesimum quartum supergressi, ad minimum a triennali peregrinatione in vel extra regnum instituenda reuersi essent, admitterentur;

e. inter opifices non cooptarentur, nisi [qui] artem, quam didicerunt, rite possent exercere;

f. Iudaei civitates ad quintam usque costam, vbi semel pedem fixerunt, exsugentes, abigerentur, et quaestura in vrbibus solis Christianis exercenda permetteretur;

g. oeconomiae vrbium a Consilio instituendo maxima cum cura adtenderetur, tenerenturque magistratus suas rationes singulis annis exhibere.

2. Si metalla regia omni cura et studio excolerentur; quod fieret:

a. si exteri more diuorum regum per collata ipsis priuilegia in regnum inuitarentur;

b. rerum metallicarum periti sine vlllo respectu ad rerum administrationem adhiberentur;

c. montanae ciuitates a portionali quanto ita liberarentur, vt ratam suam summam in metalli fodinas impendere cogerentur. Aut

d. cultura fodinarum eiusmodi hominibus elocaretur, qui tantum in eas pecuniarum impenderent, quantum necessum esset; quo fine maxime se probaret forte *Orientalis Mercatorum Societas*;

e. ita fieret, vt breui tempore pecuniosum haberemus regnum. Cum enim omnis pecunia alioquin in regnum inuehenda aequale rerum pretium exigat, prouentus certe ex metallis ortus nouam pecuniam in ipso regno procreat. Praeterquam enim, quod pecunia in metalla impensa in regno perpetuo circuletur, sane ex eruto auro et argento noua semper procuditur pecunia.

3. Si fabricae omnis generis metallorum instituerentur, vtpote:

a. *ferr*i ad procudenda omnis generis vtensilia, instrumenta et arma;

b. *cupri* ad praeparanda athena et vasa alia ex cupro praeparari[!] solita;

c. *argenti et auri* ad minimum eum in finem, ne supellectilem auream et argenteam ditiores apud exteros mercari et regnum prouentibus suis priuare haberent necessum;

d. auri ex arena Danubii lotura institueretur, quae res non esset sine grandi prouentu.

4. Si res salinaria, promouendo bono publico, secundum dictamen aequitatis accommodaretur.

5. Si priuata oeconomia maiori cum cura et studio institueretur, et quidem:

a. *rei pecuariae*, quorsum pertinent:

α. boum maiori numero instituenda educatio. Licet enim diues boum sit Hungaria, multis tamen modis ditior reddi valeret,

1. si certis priuilegiis boarii isti oeconomi ad id excitarentur,
2. si modus educandis alendisque bobus commodior monstraretur, quorsum inter prima referri meretur salis pretium vilius,
3. si educati iam boues iusto pretio parataque pecunia e manibus oeconomorum redimerentur, atque redempti mitigatis teloniis et tricesimis e regno per quoslibet regnicolas ad emporia destinanda expellerentur;

β. *equorum copiosior progeneratio*, circa quam eadem, quae circa boum multiplicationem, obseruanda venirent;

γ. *ouium numerosior intertentio*. Oues[!] nimirum vtilissimum pecus est. Sicuti autem duplices in Hungaria oues habemus: *campestres*, quas et *hungaricas*, et *montanas*, quas *slauicas* appellamus, ita posteriorum ratio maior haberi deberet, quia et lanam habent teneriorem, et caseum praebent deliciatorem. Quin et ex Moravia et Bohemia genus hoc ouium adaugeri posset. Atque tunc:

1. lanam tondi et tractari oporteret more exterorum, vt ad panificium esset commodior,
2. caseum ita praeparari, sicut. apud Hollandos, Helvetas et Italos, vt et suauior esset, et durabilior,
3. ad multiplicandum autem genus istud ouium sub certa mulcta prohiberetur, vel etiam impositione alicuius taxae caueretur, ne teneri agnelli ad macella ultra, quam par est, in tanta bubulae copia raperentur;

b. *rei frumentariae fructuosa auctio*. Tametsi enim feracissima frumenti sit Hungaria, longe tamen feracior reddi posset, si:

α. agricolae ad diligentiorum agrorum culturam modis debitis excitarentur. Quod fieret:

1. si a promiscua plebe, quae frumentum suum vendere nequit, portionalis quanti loco tantum frumenti acceptaretur, quantum domus annonariae in regno existentes requirerent,
2. reliquum autem frumentum certo ac iusto, pro annorum ratione, pretio redimeretur et in publica granaria inueheretur,

3. distrahendo autem frumento mercatus cum exteris, puta Hamburgensibus, Hollandis et Anglis, institueretur. *Visa enim frumenti distractione eo maiori industria rustici agros colerent,*

β. in domos annonarias ab exteris frumentum aut farina, nisi in summa annonae caritate, haud inueheretur,

γ. si inutiles operae et quae rusticum reddunt desidem, agricolis prohiberentur, et rei frumentariae cultura eis iniungeretur. Huc pertinet:

1. tabaccae in iis locis cultura, vbi optimum triticum seri potuisset,

2. frumenti item turcici satio immoderata. *Posset autem tabaccae proventus iis locis institui, vbi res frumentaria non eaque feliciter succedit.*

c. *rei vinariae accuratior procuratio.* Tota enim Hungaria, si septentrionaliores comitatus excipiamus, vitifera est, cum tamen vix sexta sui parte vineas colat. Hic igitur elaborandum esset:

α. vt vinearum commodis locis maior numerus consereretur,

β. vinum hungaricum ad externos minoribus sumptibus exportari permitteretur,

γ. exteri ad mercandum vinum hungaricum certis quibusdam immunitatibus inuitarentur;

d. *reliquarum rerum ad oeconomiam pertinentium vberior procreatio et praeparatio.* Huc refero:

α. fructus hortenses varii generis, qui apud externos non reperiuntur,

β. apes et harum beneficio augendum melli- et cerificium,

γ. lini et canabis locis opportunis vberior satio,

δ. butyri maior et fructuosior collectio,

ε. carniū salitarum, vulgo *Pekel Fleisch* dictarum conditura,

φ. corii omnis generis, Moscouitici etiam, in regno praeparatio.

His mediis mirifice regni beneficia et naturalia augeri, et exteri ad mercatus allici possent. Inde dispiciendum porro venit

IV. *Quomodo aucta ea ratione naturalia regni*

siue merces intra regnum natae et paratae *ad externos euehi, et in regnum pecuniae induci possent?* Qua de re ita sentio, et quidem iuxta seriem supra obseruatam:

1. *Inter metalla*, quibus cum fructu carere potest Hungaria, eminet *cuprum*, ad quod mercandum vltro accurrerent exteri. Vbi tamen obseruandum:

a. vt *cuprum*, quod in Hungaria aurum et argentum secum vehit, a nobilioribus istis metallis intra regnum per artis huius gnaros fructuose separaretur;

b. nemini eius mercatus (omnium autem minime, sicuti factum est hucusque, Rascianis, Graecis et Turcis), praeterquam solis foederatis et amicis principis concederetur;

c. reliqua metalla, vti aurum et argentum fructuosius in pecunias, ferrum autem et plumbum in vsus domesticos, fabricis institutis, conuerteretur;

d. possent tamen, excultis vberius metallis, fabricae quoque auri et argenti variae institui, quae non modo ad cultum domesticum sufficerent, sed exteris etiam subuenire possent.

2. *Ex metallorum fabricis* in regno instituendis prouideri de necessariis posset cum toti Hungariae, tum etiam prouinciis incorporatis, id quod mutuam pecuniarum circulationem intra corpus regni maxime regni maxime promoueret.

3. *Res salinaria* aequanimiter administrata non tantum exteras prouincias sublevare posset, sed domesticis quoque necessitatibus, in primis rei pecuariae nimium in modum velificaretur.

4. Quantum denique ad *priuatorum oeconomiam* adtinet, multis modis ea ditari posset Hungariae, et quidem

a. *re pecuria*, atque in primis:

α. *boum mercatu*, ratione forte sequenti:

1. si publica per regnum instituerentur emporia, ad quae statis temporibus regnicolae pecudes suas appellerent, et eo in loco a domesticis et exteris mercatoribus emi possent,

2. domestici mercatores exiguo, exteri autem tolerabili vectigali onerarentur,

3. idem de his cum primis mercatoribus domesticis intelligendum, qui boues ad externos propellunt,

β. idem et de equorum in regno procreatorum mercatu sentien-
dum, ita tamen, vt gymnasia seu scholae et palaestrae equestres intra
regnum instituerentur, in quibus feroces equi condocerentur,

γ. quod autem ad ouilia adinet, posset et iis multum pecuniae
partim in regno detineri, partim in regnum inuehi:

1. detineri quidem per lanificium, si fabricae pannificum
instituerentur, atque sufficienti apparatu instruerentur,

2. inuehi autem ea ratione, si caseus more Hollandorum, Helue-
tarum et Italicorum praeparatus ad externos exportaretur;

b. *re frumentaria* augeri possent in regno pecuniae:

α. si princeps loco tributi pecuniarii a remotioribus rusticis
frumentum acceptaret, idque praeter necessitates publicas in certa
granaria ad Tibiscum, Danubium, Ipolam, Granum, Vagum, Drauum,
Sauum, Muram, Rábczam et alios fluuios nauigabiles instituenda
deportari et exteris mercatoribus vendi faceret,

β. si tempore vilitatis frumenti idem limitato pretio a regnicolis
coemeretur, et in dictis granariis deponeretur,

γ. pro instituenda frumenti distractione cum exteris tractatus
commerciales sancirentur, puta cum Hamburgensibus, Hollandis et
Anglis etc., qui sua frumenta ex Polonia magno cum naufragii periculo
Dantiscanorum ope habere consueuerunt,

δ. quo fine necessaria foret cum intra regnum, facilitandae vec-
turae caussa, fluuiorum per canales opportuno loco instituendos com-
binatio, tum in primis *Oderae* cum *Moraua* per similes canales coniunc-
tio. Ita enim Hungariae in Mare Germanicum vadus aperiretur,

ε. Idem commercium et cum Italis, Neapoli et Venetis, ope Soci-
etatis Mercatorum Orientalis, factis aequae canalibus, institui posset;

c. *re vinaria*. Quia enim placuit semper hungaricum vinum exteris,
spes est, posse cum iis fructuosos mercatus institui. Necessum autem
foret

α. vt vina intra regnum bona fide et pure praeparantur, caste
adseruantur, et incorrupta exteris venum exponerentur, vinorum fal-
satores seuerè punirentur, atque copiosa illa vini passi, *Aussbruch* dicti
praeparatio inhiberetur, adeoque vino communi generosus ille succus,
magno cum mercatus damno, haud subtraheretur,

β. tunc cum nationibus vino carentibus, quales sunt Germani
septentrionales, Hollandi, Angli, Dani, Sueci, Poloni, Russi, commer-
ciorum vini tractatus instituerentur,

γ. eo fine dicta Morauae cum Odera, et Oderae, si id ratio status permitteret, cum Vistula coniunctio multum conferret,

δ. hoc ut fieri posset, excitari oporteret vtriusque partis mercatores ingenti exinde promanatura vtilitate. Certum enim est, solos Anglos et Hollandos Hispanis et Gallis singulis annis ad *nouem milliones pro vino* soluere; cuius pecuniae si vel media aut tertia tantum pars in Hungariam quotannis importaretur, breui ditescere possent regnicolae;

d. quod ad *reliqua naturalia* adinet, utpote

α. fructus hortenses, subleuari his posset, in primis si arefierent, Morauia, Silesia, Bohemia etc.

β. melle et cera subueniri posset ope Societatis Orientalis transmarinis principis nostri prouinciis,

γ. lini et cannabis uberior satio rei nauticae, quam in Mari Dalmatico felicibus auspiciis instituit augustissimus imperator, pro texendis velis et pangendis rudentibus subseruiret. Certum est enim, regiones Europae, quae nauali potentia valent, Turcis et aliis maritimis barbaris singulis annis vltra *tres milliones* pro sola cannabi soluere,

δ. ad easdem maritimas regiones butyrum quoque, caseus, salitae carnes ad classem necessario apparatu instruendam euehi et in pecuniis conuerti possent,

ε. corii varii generis, ec in primis Moscouitici praeparatio pecunias expendi solitas lucraretur, et non tantum haereditariis principis optimi prouinciis, sed regnis etiam proximioribus de necessario apparatu prouideret.

Dispiciendum denique foret:

V. *Quomodo dicti mercatus facilitari possent?*

Nempe posset id quam commodissime fieri:

1. Si singulae istiusmodi operae principis tamquam patris patriae et inclytorum regni statuum ac ordinum gratia et beneuolentia privilegiis et indulgentia alerentur.

2. Si exteri vectigalium mitigatione et immunitatibus aliis ad instituenda mutua commercia inuitarentur.

3. Si negotio facilitando intra regni fines aptarentur omnia. Quorsum pertinent:

a. viarum publicarum sollicita procuratio;

b. diversoriorum locis opportunis, auerruncatis lucripetis Iudaeis, institutio;

c. dictorum canalium adaptatio. Neque obstat, quod obuerti posset, belli; periculum, siquidem dicti canales ita institui deberent,

α. vt ad vtrumque canalis orificium, si opus esset, fortalitiū excitaretur,

β. aqua ex canalibus non modo educi, sed campi etiam inundari et hostis a castrorum metatione, sicuti in Hollandia fit, prohiberi possit;

d. emporiorum in medietate et confiniis regni designatio;

e. tractatus cum Societate Orientali instituendi;

f. publici thesauri siue banco excitatio.

Finis

Zusammenfassung

Imre Wellmann: Matthias Bel über die Wirtschaft Ungarns

Nach dem Friedensschluss von 1711 hatte auch die Entwicklung der ungarischen Wirtschaft neue Perspektiven und damit neue Aufgaben. Es stellte sich bald heraus, dass die Landwirtschaft mehr produziert, als das Bedürfnis war. Die Industrie war nicht in der Lage, die Überbestände verarbeiten zu können, der Handel war unterentwickelt. Durch diese Lage wurden vor allem die Gross- und Mittelbesitzer getroffen. In dem 59. Gesetzartikel vom Jahre 1715 wurde festgestellt, dass eine Kommission die Pläne der neuen wirtschaftlichen Entwicklung ausarbeiten sollte. Die Kommission aus ungarischer Seite hat 1717-1722 in Pozsony (Pressburg) ein wirtschaftliches Programm aufgestellt. Unter den wichtigsten Punkten sind die Ansiedelung von Arbeitskräften besonders von Handwerkern, Kanal- und Strassenbau zu erwähnen.

Dem Prediger Matthias Bel war dieser Entwurf nicht bekannt, er hat allein ein merkantilistisches Wirtschaftsprogramm verfasst. Er stellte die Förderung der Industrie in den Vordergrund, in seiner Konzeption waren der Bergbau, die Textil- und Metallindustrie, der Kanal- und Strassenbau, die Entwicklung der Städte sowie der Kredit von grösster Bedeutung. Die Handschrift, die die bürgerliche Auffassung des Verfassers aufzeigt, ist heute in der Ráday-Sammlung aufbewahrt.